

IN LAUDEM ARTIS  
MUSICÆ AD IACOBVM  
MEILANDVM.

**Q**uem traxisse ferunt Cantus dulcedine Sylvas,  
Et cum montiuagis grandia saxa feris,  
Per tenebras tandem, per pallida regna silentum,  
Vxorem uates quæsijt Eurydicen.  
Quis putet: Obstupuit nulli exorabilis orcus,  
Cum tetigit blandæ filia sonora liræ.  
Tergeminio latrans quæ tum pandebathiatu,  
Claudere non potuit Cerberus ora canis.  
Ipse etiam tali captus dulcedine Pluto,  
Sensim animam è cordis sensit abire sinu.  
**N**ec mora, continuo uatem sua reddita conjunx,  
Ut peteret uitæ limina, iussa sequi.  
**I**n nunc harmonicas leges, numerosq; sonoros,  
Conciliare hominum pectora posse nega.  
**M**usica uel coeli deducit ab arce tonantem,  
Et placat stygios, numina sœua, Deos.  
**A**rmenias domat hæc Tygres, sœuasq; Leænas,  
Et fera corda prius, mollia corda facit.  
**A**h ferus est, nimiumq; animo sceleratus agresti,  
Quem non parte aliqua Musica plectra mouent,

Quæ